UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Baldi Pervsini. I. V. D. In prælectiones in totum Codicem Iustinianeum locupletißimus

... In Qvartvm Et Qvintvm Codicis Libr. Praelectiones / Additionibvs Philippi Decii ...

Baldus

Lugduni, M.D.LXI.

Plus valere quod agitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95990

Visual Library

a ¶ Supra eod.l.ij. Et ibi vide Bal.⁊ in.l.Lucius.ff.de infa.⁊ quod ibi dixi.⁊ Bar.in.l.preuaricationis.ff.de preua.

b ¶ Proceſſus. Uide Bal.in.l.ſi quis.in vlti.col.ſ.tit.proxi.⁊ in.l.j.in vl. col.in ver.ſuppoſita eſt ergo bona fama.j.qui accu.non poſ.⁊ pro hoc eſt.l.ſing.j.ſi ex fal.inſt.l.j.⁊ vide.l.pe.j.de fal.⁊ Imo,in.l.Diuus. ff.de re.iud.⁊ Cy. hic.⁊ quod no. Bar. in.l.ij.in.§.j.in fin. ff.vi bo.rapt.

c ¶ Ultimo. Uide Cy.hic in.ij.opp. ⁊ per Imol.in.l. queſitum.ff.de re iudica.

d ¶ Uerum. Aliud enim eſt falſum aliud ſimulatum: vide tamen Bald.in.l.ſi non verum.j.de do. inter vir.⁊ vxorem.

e ¶ Glo.ſingularis. Et pro illa gl.vide Bal.l.non dubium.ſ.de le.Andreas Barb.

f ¶ Simulatio. Uide per Imo.in.c.cum cõtingat.extra de iureiur. ☞ U.de Iſtum in.l.pacta nouiſſima.nu.vj.ver.⁊ ex hoc aduerte.⁊ quod ibi dixi in apo.in ver.quod eſſet pignus.ſ.de pact. vbi etiam dixi in apo.ad Bart.nu. j.ver.⁊ per hoc dicebat ipſe.in ver. ſimulatum.Celſus.

g ¶ Simulatum.Not. admitti teſtes ad probandum inſtrumentum eſſe ſimulatum: ſed Iac.but.in.d. l.generaliter.clarius reſpondet.videlicet quod aut conſiteor inſtrumentum verum,ſed cauſam in ipſo dico non eſſe veram.⁊ ſic loquitur.l. generaliter.vide do.Io.an.in.c.cum cõtingat de iureiurã. And.Barb.

h ¶ Preſumptionem. Not.teſtes admitti ad remouendam tantam preſumptionem, que reſultat ex inſtrumento. vt eſt glo. ſingularis in.d.§. quod fere,licet ſit ſimilis ſecundum Aug.ff.de duo.reis.l.reos. §.cum in tabulis.pro quibus vide text. ſing.ſecundum Bar.in.l. quicunque.j.de apoc.publi.libro.x. And.Barba.

demnatus de falſo ex contumatia: numquid noceat producenti? dicit Nico.de mata. quod non per.l.qui repudiantis.in.fi.ff.de inoffi.teſta.⁊.ff. de euict.l.ſi ideo. Idem dicit in teſte, etiam ſi ſit condemnatus preſente producente,quia iſtud iudicium non eſt fundatum cum producente.ſ.co. l.ij.[a] ¶ † Querit Cyn. vtrum pendente accuſa-
a
6 tione falſi poſſit expediri principalis proceſſus?[b]
b dicit quod non ſi pendet inter litigantes, ſecus ſi pendet cum teſtibus,vel tabellione.⁊ ideo in primo caſu non currunt iudici tempora ſtatuti, in ſecundo ſic,⁊ ita diſputauit Richar.malum. cuius diſputationem Cyn.plenius refert in.l.j.j.qui ac-
8 cu.non poſ.vbi plene videas. ¶ † Ultimo[c] quero hic,vtrum caſus probetur per iuramentum? dic
c vt not.j.de pig.act.l.ſi creditor,quia aut venit iuramentum ad excuſationem obligationis, ⁊ non probatur per iuramentum: aut ad excuſationem alterius equitatis ⁊ tunc probatur per iuramentum vt hic.⁊ de hoc in.l.ij.ſi quis cautio.per Guil.de cug.⁊.ff.de excu.tuto.l.ſcire oportet.§.ſufficit,in verbo naturali iuſtitia.Bald.

¶ Plus valere quod agitur quam quod ſimulate concipitur. Rubrica.

¶ Rubrica ſummat nigrum. Nota quod debet inſpici potius mens,quam ſcriptura.

1 ☞ Scriptum, an plus valeat quam verum.⁊ nume.2.
3 Simulationis materiaque que ſit, ⁊ quibus dignoſcatur ſimulatio.⁊ num.4.
5 Quid ſi vnus tantum contrahentium ſimulat,alter non:ſed verum eſſe credit quod agitur?
6 Simulatio an poſſit probari per teſtes?
7 Statutum ſi diſponit quod nulla exceptio poſſit opponi contra inſtrumentum:an poſſit opponi exceptio ſimulationis.
8 Simulationis exceptio quanto tempore durat.

¶ Lex prima.

1 In contractibus. ¶ Breuis eſt.⁊ notabilis. Nota.magis inſpici mentem quam ſcripturam. ¶ Item not.quod veritas preualet ſimulationi. ¶ † Oppo.quod plus valeat ſcriptum quam verum:vt.j. arbi.tutel.l.fina. Solu.ibi ideo quia ad probationem viri non debet admitti,qui ſcripſit contrarium in publico inuentario,⁊ eſt ſpeciale fauore minorum. ¶ Secundo oppo.ad idem.infra ad velle.a. l.antique. Solut.ibi ideo quia confeſſio ibi in ſcriptura redacta,eſt de ſolennitate illius actus.⁊ idem eſt dictum de ſolennitate, quod de ſoliditate, ideo non poteſt infringi. ¶ Tertio oppo.nam interdum falſum preualet vero.vt.ff.fami.herciſ.l.cum putarem. Solu.ibi propter authoritatem rei iudicate.⁊ idem dico in iuramento ⁊ tranſact. ſecundum Guil. quod ſic intelligo, quando ſimulatio, vel falſitas eſt in eo ſuper quo iudicatur,tranſigitur,vel iuratur,ſecus ſi ipſe actus pronuntiationis, tranſactionis,⁊ iuramenti,eſſet fictus ⁊ ſimulatus, quia non valeret: vt ſupra de tranſact.l.cum ea.⁊ idem in laudis ſimulatis:quia deeſt conſenſus qui requiritur in omnibus actibus dependentibus a voluntate: vt.ff.de ritu nupti.l.palam.in princi. ¶ Quarto oppo.nam confiteri ſpe future numerationis,eſt quedam ſpecies ſimulationis.quia ſimulatur in preſenti, quod ſperatur in futurum,⁊ tamen chirographum valet.vt infra.de non numer.pec.l.In contractibus. Solu.dicit glo.regula fallit,ibi.tu dic quod illud eſt propter accidentem conſenſum preſumptum ex curſu temporis,vnde ibi iuris preſumptione non eſt ſimulatio. Item aliud eſt ſperare,aliud ſimulare:vt not.in.l.j.ſupra.de condic.ob turpem
2 cauſam. ¶ † Quero.que ſunt exempla huius legis? Reſpon.multa poſ-
3 ſunt poni ex ſingulis legibus allegatis in glo. ¶ † Extra gloſſam autem, quia materia ſimulationis eſt vtilis,⁊ quotidiana ſunt quedam videnda. vnde ſcias quod ſcriptura quandoque continet verum:ſed illud verum includit in ſe mendacium,⁊ hoc poteſt eſſe dupliciter.ſcilicet in ſcriptura notarij.⁊ in ſcriptura priuata,aut propria. Exemplum de primo,ſcribit notarius quod ego fui confeſſus habuiſſe.x.cauſa mutui, iſta ſcriptura continet verum,ſcilicet quod fui confeſſus: ſed includit mendacium, ſcilicet quod receperim. ¶ Exemplum de ſecundo.ſi facio tibi ſcripturam quod ego Bald.habui ⁊ recepi a te.xx.mutuo.iſtud non eſt aliud quam confiteri:quia ſic ſcribendo confiteor.iſta ſcriptura continet verum quia confiteor.ſed includit mendacium,ſi non recepi. vt infra.de non num.pecu. ſi ex cautione.⁊ iſta proprie non eſt materia huius tit.ſed illius.l.ſi ex cautione.⁊ ibi tractatur. ¶ Quandoque continet ſcriptura aliud quam ve-
d rum[d] ⁊ hoc poteſt contingere tribus modis. primo, quia continet mendacium propter falſi fabricationem, ⁊ iſta non eſt proprie materia huius tituli,quia proprie loquendo, aliud eſt falſum aliud eſt ſimulatum. de hoc habes exemplum.ff.de fide inſtru.l.repetita.⁊ infra.de fal.l.ſi creditor. ¶ Quandoque ſcriptura continet mendacium propter erroris interuentionem.⁊ tunc etiam proprie inſtrumentum non dicitur ſimulatum:licet ſit inualidum.infra.eod.l.fina.de hoc habes exemplum ibi.⁊.ff.
4 de conſt.t.pecu.l.fin.⁊.ff.de excep.doli.l.ij.§.circa. ¶ † Quandoque inſtrumentum continet mendacium propter ſimulationem.⁊ iſta eſt proprie materia,huius tituli,que diuiditur in tres articulos.nam quedam eſt ſimulatio in qua contrahens oſtendere nititur id quod facere aliter intendit,interdum oſtendere nititur id quod facere alias intendit. Item interdum oſtendere nititur id quod facere in alia perſona intendit. ¶ Primo caſu dicitur actus imaginarius.vt.l.nuda.ff.de contrahen.emp.⁊ eſt ſicut corpus ſine ſpiritu quia conſenſus eſt remotus ab actu. ¶ Secundo caſu intendit vnum facere,⁊ aliud oſtendere:⁊ tunc refert.aut illud quod oſtenditur, poſtea efficitur illud quod intenditur, ⁊ valet in illo exemplum.ſupra.ſi cer.pet.l.ſi ex pretio.cuius legis intellectus ſtat in hoc.nam cum ſtatur ibi in finibus pacti,contractus eſt ſimulatus:quia aut loqueris in mutuo naturali: ⁊ ille eſt ſimulatus,aut in ciuili.⁊ illud non contrahitur nudo pacto.ſi autem interuenit ſtipulatio, ibi non eſt ſimulatio.quia verum mutuum ciuile contrahitur verbis, merito ergo tenet ſtipulatio ciuili veritate,⁊ cauſatiua ſubſtantia ſimul iunctis,ſi autem illud quod oſtenditur non poteſt efficere illud quod intenditur: tunc nullo modo valet,vt patet per eandem.l.in excep.pacti nudi. ¶ Tertio caſu.quando mutatione perſonarum committitur ſimulatio, tunc aut perſona agens actum poteſt eſſe ipſius actus habile ſuppoſitum ſeu ſubiectum,⁊ valet actus.ff.ſol.matr.l.que dotis.ff.man.l. Idemque.§.ſi cum.infra.de contrahen.⁊ commit.ſtipu.l.optimam.⁊.ff.de here.inſtitu.l.quidam cum filium. aut non poteſt eſſe habile ſubiectum.⁊ tunc non valet actus.vt infra.de ſecund.nup.l.hac edictali.in fin.princip.⁊.infra de natura.libe.l.ſi quis
5 naturalem.§.⁊ quod de ſubeunda. ¶ † Sed hic quero quid ſi vnus contrahentium tantum ſimulat,alter non ſed credit illud eſſe in mente quod eſt in voce,vel ſcripto? Reſpon. In poteſtate eius eſt quod actus valeat,vel non.vt.ff.de dolo.l.⁊ eleganter.in princip.⁊.ff.de actio.empti.l. Iulia.§.ſi quis colludente.⁊ hoc eſt verum, niſi lex preciſe reſiſtat actui.
e vt not.de ri.nup.l.a duo.⁊ ibi glo.ſingularis.[e] ¶ † Denuo quero.num-
6 quid per teſtes poſſit probari ſimulatio[f] contra inſtrumentum: videtur
f quod non:vt.infra.de non num.pecu.l.generaliter.contrarium videtur per.l.In exercend.s.ſupra de fide inſtrumen. Cyn.hic vacillat.tu vero dic quod interdum teſtes producuntur ad remotionem cauſe ſcripte in inſtrumento.⁊ talis probatio non admittitur.vt dicta.l.generaliter. Interdum producuntur ad remotionem conſenſus,⁊ iſta eſt proprie materia ſimulationis ⁊ tunc dico quod teſtes recipiantur ad probandum in-
g ſtrumentum ſimulatum[g] vt infra.ſi quis alteri vel ſibi.l.multum.vt infra. de do.inter virum ⁊ vxo.l.ſi non verum.⁊.l.ſi filij tui. Interdum non producuntur teſtes contra inſtrumentum, ſed ſupra inſtrumentum ad eius declarationem,⁊ tunc recipiuntur.vt.ff.de teſta.l.heredes palam.§.ſed ⁊ ſi totam.facit quod nota.ff.de duo.reis.l.reos,§.cum in tabulis. Interdum teſtes producuntur ad inſtrumenti ſuppletionem.⁊ idem.vt extra de fide inſtrumen.c.cum Ioan.ere.⁊ de leg.ij.l.cum proponebatur. Interdum producuntur teſtes ad transferendum in alium diſpoſitionem.⁊ idem.vt.ff.de dona.inter virum ⁊ vxorem.l.vxor marito. Interdum pro-
h ducuntur ad remouendum inſtrumenti tacitam preſumptionem.[h] ⁊ idem. vt.ff.de pactis.l.Iuriſgen.§.quod fere. Interdum producuntur ad probandum inſtrumenti falſitatem.⁊ idem vt.l.optimam.in fine.infra.de con-
7 trahen.⁊ committenda ſtipulatio, que verba nota. ¶ † Subſequenter quero.dicit ſtatutum quod contra inſtrumentum confeſſionatum non poſſit opponi alia exceptio,vel defenſio niſi ſolutionis vel falſitatis,vel pacti.⁊ nulla alia: modo quero, numquid poſſit opponi alia exceptio,vel
a defenſio ſimulationis.[a] dicit Barto.quod non in.l.prima.ff.quod vi aut clam. quia inſtrumentum, eſt inſtrumentum. licet contractus ſit ſimu-
b latus.tu dic[b] quod aut ſimulatio eſt approbata per preſumptionem iuris

ris ⁊ de iure. ⁊ poteſt opponi. vt. infra. de dona. ante nupt. auſ. ſed iam neceſſe. aut eſt ſimulatio iam probanda, ⁊ tunc refert. aut obijcitur contractui, ⁊ non poteſt opponi. aut obijcitur rogatui tabellionis. quia dicitur quod rogatus fuit ſimulatus. tunc dico quod poteſt opponi dicendo ei quod notarius fuit ſimulate rogatus. quia finxerunt ſe rogare, cum nõ intenderent rogare. vel dicendo quod teſtes fuerunt ſimulate adhibiti. pro hoc dicitur quod inſtrumentum non eſt inſtrumentum, id eſt quod deficit ſolennitas inſtrumentaria, id eſt rogatus. vt in auſ. de tabel. §. nos autem. ⁊ ideo ſalua veritate, que ſemper eſt in opponente ⁊ proponente, reſpice modum excipiendi, ⁊ diligenter not. ¶ †Quero. quanto tempore duret exceptio ſimulationis? Reſpon. aut ſuccedit loco exceptionis non nume. pecu. ⁊ tantum durat exceptio ſimulationis, quantum exceptio non nume. pecu. vt ſupra. de poſtula. l. ſi ſub ſpecie. aut competit ex alia equitate, tunc perpetuo durat. vt. ff. de except. doli. l. pure. §. ſi. ⁊ adde quod dicam. j. eo. l. emptione. Bal.

¶ Lex ſecunda.

Acta. ¶ Cum obijcitur ſimulatio, debet inquiri veritas facti. hoc dicit. ⁊ adde hic. l. iij. §. ſi ab ignoto. ff. de manumi. ¶ Quero hic loquitur de actis extra iudicium. quid de actis iudicij, puta de emancipatione. nunquid poſſit opponi quod eſt ſimulata? dic quod ſic. vt. l. j. §. is quoque. ff. de colla. bonorum.

1 Simulatus contractus an firmetur iuramento?
2 Et qualiter ſimulatio probatur?

¶ Lex tertia.

Emptione. ¶ Breuis ⁊ nota. eſt. ⁊ pone caſum. quedam res fuit pignorata creditori in veritate, tamen in fictione fuit factum inſtrumentum venditionis, ſicut feneratores ſepe faciunt volendo percipere in fraudem vſurarum fructus. queritur nunquid ſtemus veritati an ſcripture? Reſpondetur
c quod ſtemus veritati. hoc dicit. ⁊ per hanc. l. remouentur fraudes [c] feneratorum. ¶ Sed Odof. aliter figurat caſum. tu volebas quod ego mutuarem tibi centum ego dixi paratus ſum, ſed volo quod re vera tu
d vendas mihi pro iſtis centum predium tuum, ⁊ ego tibi reuendam [d] poſt decennium pro eodem pretio. nam conſtito quod cauſa originalis fuit cauſa mutui, ⁊ non emptionis iſtud inſtrumentum iudicatur feneratitium ⁊ vſurarium ſecundum Odof. quod exemplum eſt not. dignum. Si autem
e non conſtaret de originali mutuo, [e] tunc ex tali pacto non propterea iudicaretur vſurarium, ⁊ cum vſurario factum. quia vſurarij ineunt ſepe veros contractus. ⁊ ita intelligitur quod not. hic per Jaco. de are. ⁊ Cyn. ⁊ extra de empt. ⁊ vend. c. ad noſtrã. ⁊ extra de pigno. c. illo vos. ¶ Quid
f [f] in inſtrumẽto eſſent iſta verba, vendidit ⁊ tradidit vere, ⁊ non in fraudem vſurarum? Reſpondeo ex iſtis verbis inſtrumentum non eſſet
g magis ſuſpectum nec minus iuxta gloſſ. [g] not. in ſimili. ff. de condi. inſtit. l. ſi quis ſub condi. ¶ †Querit gloſſ. [h] nunquid iſte contractus firmetur
h iuramento glo. dicit quod non. quia iſtud iuramentum non habet conſenſus fundamentum. vt. infra. de non nume. pecu. l. fin. quod verum eſt ſi contractus fuit ſimulatus, ſecus ſi verus licet in fraudem vſurarum, vt in
i exemplo Odof. quia tunc ſtandum eſt iuramento, [i] donec relaxaretur per epiſcopum. vt extra de iureiuran. cap. primo. ſi tamen iuratus eſt mor
k tuus, [k] heres eius non indiget relaxatione, quia ſpirituale vinculum iuramenti morte ſopitum eſt. vt extra de iureiuran. c. veritatis. per Jmo. ⁊ in. c. vltim. de foro competen. in nouella. ideo dico ſpirituale vinculum, quia ſecus in temporali, ⁊ obligatiuo reſpectu rerum temporalium. vt no. in cap. quamuis. de pactis. lib. ſexto. in gloſſ. ordina. ¶ Quero. qualiter
l probetur ſimulatio? [l] ⁊ videtur quod non poſſit probari. vt. ff. de vſufructu lega. l. ſi alij. ſed ibi loquitur de impotentia facti, quia non habet teſtes probatorios, dico ergo ſimulationem poſſe probari: ſed queſtio ſtat in modo probandi, vbi dic quod aut ſimulatio allegatur per tertium
m [m] qui leditur, aut per eum cum quo contrahitur. Primo caſu probatur ſimulatio per coniecturas, puta per continuam poſſeſſionem vt prius. ⁊. l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quibus modis pigno. vel hypo. ſolu. ⁊ ideo illi qui poſt ven. poſſident, ſi ex tali venditione alteri preiudicaretur, puta creditori, vel fiſco, preſumeretur contractum eſſe ſimulatum. etiam ſi ſit ibi conſtitutio precaria. vt nota per Barto. ff. de dona. l. poſt contractum, ⁊ in Specu. de dona. §. primo. ver. ſicut. Item pone. aliquis intendens. ⁊ de actione ſeu petitione. §. in anterioribus. verſicu. quod ſi forte. ſi autem allegatur per eum cum quo contrahitur non preſumitur ſimulatio licet ſit retenta poſſeſſio, nam contra venditorem poſſidentem poteſt agi vſque ad. xxx. annos. per actio. ex empto. ergo per poſſeſſionem medij temporis non preſumitur ſimulatio. vt ſupra de conſtitu. pecu. l. ſecunda.
2 ¶ †Ultimo queritur, nunquid in contractu ſimulato tranſeat poſſeſſio?

Reſpondeo aut queris de ciuili tranſlatione: puta per precarium, ⁊ tunc non transfertur. cum ſimulans remaneat dominus vt prius rei ſue, non tenet precarium. vt. ff. de regul. iuris. l. neque pignus. aut loqueris de naturali traditione. ⁊ tunc Bartol. diſtinguit. aut probatur animus transferende poſſeſſionis, ⁊ transfertur etiam ex contractu inutili. vt. ff. de acquirenda poſſeſſio. l. prima. §. ſi vir vxori. ſed in dubio non preſumitur animus poſſeſſionis transferende, ex quo contractus eſt ſimulatus. ⁊ ſic etiam traditio preſumitur ſimulata ſecundum Bartol. qui ita nota. ff. de aqua pluuia arcenda. l. emptor. credo quod ſi de poſſeſſione diſceſſit, ⁊ alium in poſſeſ. dimiſit, quod iſte ſit modus poſſeſſionis transferende, argumẽ. ff. de dolo. l. cum quis. ⁊. l. fiſtulas. §. j. de contrahenda emptio. ſecus ſi in rei veritate non diſceſſit de poſſeſ. ⁊ facit. ff. de alie. iudi. mu. cauſa fac. l. Item ſi res. §. fin. cum. l. ſequen.

¶ Lex quarta.

Si quis. ¶ Breuis eſt: et in iſta eſt ſimulatio de perſona ad perſonam. ⁊ ideo inſpicitur vera perſona, non ſimulata. Baldus.

¶ Lex quinta.

Si falſum. ¶ Erronea ſubſcriptio vitiat actum. ⁊ not. caſum huius. l. cum ſua gl. ¶ Nota, quod ſubſcribens ſe ſcriptu-

a ¶ Simulationis. Vide Bal. in. l. ſi. j. de fal. cauſa adiect. leg. ⁊ Jmo. in. c. cum contingat. extra de iureiu. ⁊ in. l. ſi. ff. a quibus app. non li. ⁊ no. quod qui dicit inſtrumentum ſimulatum, debet dicere in qua parte. l. ab Anaſtaſio. ⁊ ibi Bald. in fin. in materia. infra manda. vbi dicit quod etiam debet dici quare.

b ¶ Tu dic. Si non poteſt opponi niſi exceptio falſitatis vel pacti. an poterit opponi exceptio ſimulationis? vide Bald. in. l. j. de cõdict. indeb.

c ¶ Remouentur fraudes. Not. ſi ſit inſtrumentũ venditionis pretereuntis cauſa mutui, ⁊ ſubſequitur pactum de reuendendo, dicitur inſtrumentum vſurarium. quod bene nota. Andr. Barba.

d ¶ Reuendã. Adde quod notat Bal. in. l. multum. in. ſi. j. ſi quis alteri vel ſibi. ⁊ Pet. de ancha. in conſi. xx. ⁊ conſil. ccliij.

e ¶ Mutuo. Pro hoc adde tex. et ibi Bald. in fi. in. l. ij. j. de pact. inter emp. ⁊ vẽ. ⁊ Bal. in. c. j. de feud. da. in vi. l. com. ⁊ quod no. Cy. hic. ⁊ in. l. j. §. de proba. ⁊ vide no. per Bal. in rubr. j. de vſu. in vlt. col.

f ¶ Quid ſi in inſt. vide Joan. de Jmol. in. dicto cap. ad noſtram. de empt. ⁊ vend. And. Barba.

g ¶ Juxta gloſſ. Adde Bald. in cap. i. de feu. da. in vi. leg. com. ⁊ in. l. etiam. inf. de execu. rei iudi. ⁊ Jmo. in. cap. ad noſtram. in fin. extra de emp. ⁊ vendi.

b ¶ Querit glo. An iuramentum valet, ⁊ firmetur contractus. vide pro iſta glo. Bald. in. l. fin. C. de non nu. pe. do. Car. in. c. ad noſtram. de empt. ⁊ ven. ⁊ ibi dicit. ⁊ do. Anto. in. c. quanto. de iureiu. ⁊ ibi Moder. Joa. de. imo. in. l. nemo poteſt. de leg. j. And. Barba.

i ¶ Juramento. Adde Bal. in. l. i. j. de oper. lib. ⁊ ibi etiam an ſit petenda relaxatio a iuramento, ⁊ coram quo. ⁊ per Jmo. in. c. cum contingat. extra de iureiu. ⁊ in. l. nemo poteſt. de leg. j. ⁊ Bal. in rub. ff. de iureiur. ⁊ in. l. ſi. ⁊ ibi per Ang. qui ſat. coga.

k ¶ Mortuus. Vide Bal. in. l. j. §. de re. cre. ⁊ Ang. ⁊ Jmo. in. l. qui ſuperſtit. §. in vlt. col. ff. de acqui. here.

l ¶ Simulatio. Quomodo probetur ſimulatio ⁊ quomodo contractus dicitur fictitius vide Barto. in conſi. ix. incip. In nomine domini amen. factum eſt tale. ⁊ ibi vide de intellectu. §. ſuperuacuum. Bartol. in. l. tertia. ⁊ ibi Bald. ſupra de poſtu. in. l. pacta nouiſſima. ⁊ ibi Bald. ſupra. de pac. ⁊ in. l. emptor. ⁊ ibi Moder. ff. de aqua plu. arcen. ⁊ ff. de here. inſtitu. l. quoties. §. ſed ſi non in corpore. ⁊ ibi Angelus, ⁊ Moder. ⁊ vide Bald. in cap. i. in princip. de feud. da. in vi. leg. com. vbi dicit quod ſimulatio nunquam in dubio preſumitur. nam talis preſumitur contractus qualis eſt in prima ſua figura. vide tex. ⁊ ibi Bald. in cap. primo. de na. feu. vbi dicit quod inſtrumentum preſumitur verum. ⁊ vide Bald. in. l. ab Anaſtaſio. ad fin. C. manda. vbi inſtruit quod debet exprimere ille qui dicit ad hoc vt contractus dicatur ſimulatus. oportet vt probet. ⁊ vide eundem Bald. in. l. quamuis. infra. ſi quis alteri vel ſibi. vbi dicit quod inſtrumentum non preſumitur ſimulatum. facit c. illo vos. de pig. vide Bald. in l. cum precibus. ſupra. de prob. vide do. Abb. conſi. v. vbi eleganter loquitur. ⁊ conſi. xv. ⁊ conſi. lxvij. vide eundem in conſi. lxxvij. ⁊ clxiij. vide Joa. de Jmo. in conſi. cxlvi. vbi loquitur de inſtrumento vſurario. ⁊ Lud. ro. in conſi. cccxiij. in contractu ſimulato, quando quis poſſidet. ⁊ in conſi. ccc. quod ſtatur inſtrumento. ⁊ preſumitur verum. vide Jo. de Jmo. conſi. cxxi. ⁊ conſi. cxxvi. Andr. Barba.

m ¶ Tertium. Vide Jmo. in. c. cum contingat. de iureiur.

te, quam non vidit, nec legit, nec erat de ſua inten
a tione, non videtur eam approbare. [a] Ibi in text.
1 Non relecto. ¶ † Nota ad illud quod tota die fit, quod poſtquam teſtes iterato depoſuerunt, iterato legitur eis dictum eorum, ⁊ hoc fit vt per relectionem dictum compleatur, ⁊ error (ſi quis eſſet in ſubſcribente) remoueatur, vt quia alias non remouetur: vt hic, qui text. eſt multum nota. Iſta. l. docet te eſſe cautum, vt nunquam te ſubſcribas, niſi legas ſcripturam. ⁊ facit contra Docto. ſubſcribentes ſe conſilijs aliorum ſine lectione ſcriptorum ad hoc. ff. de teſtamento militari. l. Tribunus, ⁊ ibi per Oldra.

a ¶ Approbare. No. qd ſubſcribēs ſe ſcripture quam quis nō videt, nō videt illam approbare. vide Ang. ⁊ dñm meū qui magiſtraliter dicūt in l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus. ff. de ver. ob. Inn. in c. ij. extra de fide inſtru. in verſic. Lucius. Andr. Barba. ¶ Adde qd nota ui in apo', ad iſtuz in. l. ſi. in. ij. notabili. nu. ij. in verſi. teſtibus. ꝫ. ſi cert. peta. Celſus.

b ¶ Puncto. Adde qꝫ Bart. in. §. queſitum, hic alleg. reprehendit iſtam opi. Nic. de ma. vide per Ioa. an. in addi. Spec. in titu. de loca. §. iam dicendum. in addi. in oppo. de hoc ſatis.

¶ Commodati. Rubrica.

¶ Continua iſtam rubricam, vt in gloſſ. ⁊c.

1 ☞ Quedam non veniunt ex natura contractus, ſed aliter.
2 Commodatum ſuo periculo recipiens, an omni caſu teneatur. 3. ⁊. 4.
5 Eſtimatio an faciat venire caſum fortuitum.

¶ Lex prima.

EA quidem. ¶ In iſta. l. Doct. tractant not. materiam. ⁊ ego nota. legam. Commodatarius de caſu fortuito non tenetur ſecundum ſimplicem naturam contractus, ſed ſecundum naturam expreſſe conuentionis poteſt teneri de caſu fortuito. hoc dicit nota. ¶ Diuiditur in duas partes. in prima loquitur ponderata natura contractus. in ſecunda ponderata virtute conuentionis. ſecunda ibi. Sed cum is. ¶ Caſus. Tu rogaſti me vt commodarem tibi bouem ad arandum certis diebus in fundo tuo. ego conſiderans quod ille fundus erat in loco ad quem hoſtes poſſent peruenire, ⁊ bouem derobare, commodaui tibi illum bouem, hoc pacto, vt ſi per incurſionem hoſtium bos perderetur, tuum eſſet detrimentum tandez iſte bos fuit derobatus ab hoſtibus, queritur an tu tenearis de iſto caſu mihi ad emendam bouis? Reſpon. quod licet ſecundum meram naturam contractus commodati non veniat caſus fortuitus, cui reſiſti non poſſit: tamen in queſtione propoſita ſecus eſt, ratione pacti expreſſi. hoc dicit nota.
1 ¶ † Nota. quod quedam non veniunt de natura contractus, que veniunt ex pacto. Scias autem quod in contractibus quedam veniunt naturaliter, eſt autem natura ipſius contractus virtus producta a propria eius ſpecie. vt. ff. de contrahenda emptione. l. pacta conuenta. ⁊. ff. de pactis. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, verſicul. quod et in ſpecie dotis. ¶ Quedam autem veniunt accidentaliter, ⁊ hoc contingit ex triplici ratione. Primo ratione culpe: vt. ff. commo. l. ſi vt certo. §. fina. Secundo ratione more. vt. ff. de actione empti. l. ratio. §. fina. Tertio, ratione conuentionis, ſeu pacti appoſiti ſupra naturam contractus. ⁊ hoc recipit plura membra: tamen in propoſito non tracto niſi de pacto caſus fortuiti, vel de pacto ſuſcepti periculi ſupra naturam con-
2 tractus. ¶ † Quero igitur de tali queſtione, tu cōmodaſti mihi equum non eſtimatum, hoc pacto quod ad me commodatarium pertineret omne periculum cuiuſcunqꝫ caſus fortuiti. Tandem iſte equus apud me perijt caſu fortuito, non interueniente mea culpa, vel mora, queritur nunquid ex hoc pacto ego poſſim conueniri. Et in iſta queſtione ſunt diuerſe opiniones. Prima fuit opinio Martini qui dixit hanc conuentionem generalem parere actionem, ⁊ hoc probatur primo, ex natura generis nam genus eſt collectiuum multorum in vnam naturam, ergo omnes caſus fortuitos includit: vt idem operetur genus, quod dinumeratio ſpecierum: vt infra de preſcriptione. xxx. anno. l. omnes. ¶ Preterea ſpeciale eſt in iudicijs quod iſta generalitas non valet, quia iudicium redditur in inuitum, ſi ſic lex preſumit quod ab inuito ſit iſta permiſſio extorta. vt. ff. ſi quis caut. l. ſed ⁊ ſi quis. §. queſitum. ergo ſecus eſt in contractibus vbi procedit argumen. per locum a ſpeciali: vt. ff. de legi. l. ius ſingulare. ¶ Item in hoc eſt conſenſum igitur ſeruari debet pactum: vt. ff. de contraben. empt. l. fiſtulas. §. frumenta. ¶ Preterea hoc probatur per. l. expreſſis. ff. de pactis. l. Iuriſgentium. §. Item ſi quis. ff. commo. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. man. l. ⁊ Ariſtoni. ⁊. ff. loca. l. ſi quis fundum. ¶ Preterea ſi eſtimatio facit venire caſum fortuitum ex tacito intellectu contrahentium ſecundum Azonem, ergo fortius ex pacto expreſſo: quia non debet eſſe minoris virtutis id quod exprimitur, quam id quod tacite ineſt: ſed paris, vel maioris: vt. ff. loca. l. quia ad certum ⁊ infra de impub. ⁊ alijs ſubſtitu. l. precibus. ff. loca. l. qui mutuam. infra de fideiuſſo. l. non recte. ⁊. l. cum quid. ff. ſi certum petatur. ⁊ iſta fuit opinio Mar. ¶ Secunda fuit opi. Iacob. ⁊ Azon. quod iſta generalitas non ſufficiat ad ſufficiendum venire ſingulos caſus fortuitos. ⁊ hoc probatur primo per text. in dicto. §. queſitum. nam ſi illud eſt in iudicijs, que ſunt firmiora, ⁊ potiora, propter authoritatem ⁊ preſentiam iudicis, ergo multo fortius in contractibus. Item in iudicijs quaſi contrahitur. vt. ff. de pecul. l. tertia. §. Idem ſcribit. preterea hoc probatur a contrario ſenſu huius litere. ibi dum dicit: hoſtilis incurſionis contemplatione, ergo a contrario ſenſu ſecus eſſet, ſi non certa contemplatione, ſed incerti caſus. preterea iſtud pactum eſt indiſcretum. ⁊ ſine cauſa: omne enim quod eſt ſupra cauſam, in illo exceſſu non habet cauſam: ergo ob. exceptio doli. vt. ff. de exceptione doli. l. ſecunda. §. circa. Preterea omnes leges que dicunt ſeruandum pactum caſus fortuiti, loquuntur de pacto in ſpecie. id eſt quando cauſa caſum pariens exprimitur, puta ruina, violentia, tempeſtas: vt dicto. §. frumenta. ⁊ confirmatur, argumen. l. i. infra depoſiti. ⁊ infra. ad velleia. l. Iubemus. ⁊ hoc firmat gloſſ. ordina. ff. de acquirēda hereditate. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſuz. ¶ Tertia fuit opinio Bul. qui diſtinxit, aut ſtatum eſt ſimpliciter in finibus generis: ⁊ tunc non valet pactum obſcuritate ⁊ equitate ſimul iunctis obuiantibus pacto: aut quedam ſpecies ſunt permixte congrue, ⁊ tunc valet pactum non in ſpecificatis: ſed etiam ex clauſula generali, ⁊ eſt ratio, quia per ſpecificationem quorundam caſuum deuenitur ad clariorem generis intellectum: vt. ff. de vino tri. ⁊ oleo lega. l. fina. §. cui dulcia. ⁊ de penu. leg. l. nam quod liquide. §. finali. ⁊ in. c. ſecundo. de procura. in clemen. ¶ Quarta fuit opinio Accurſij. aut eſt facta mentio caſus fortuiti, aut caſus ſimpliciter. Primo caſu eſt vera opinio Martini, quia ſatis conſtat de intentione partium. Secundo caſu refert, aut ſecundum ſimplicem naturam contractus non veniebat culpa leuiſſima: ⁊ tunc ratione pacti venit culpa leuiſſima, ſed non caſus fortuitus, vt operetur pactum in agendo, tamen non trahitur ad id quod non eſt equum includi: aut ſecundum naturam ordinatam a iure veniebat culpa leuiſſima, ⁊ tunc vt aliquid operetur, habemus neceſſe dicere quod faciat venire caſum fortuitum, nam pactum debet aliquid operari. argumento. ff. de vſur. l. ſi ſtipulatus. ⁊ hoc approba. glo. in dicto. §. queſitum. ¶ Quinta eſt opinio Odoffred. qui dicit: aut eſt actum quod caſus habeatur pro ſpecificato: ⁊ tunc valet pactum generale, aut hoc non eſt actum inter partes, ⁊ tunc non valet pactum generale. In hac queſtione Iacob. de rauen. ⁊ Pet. tenent ſimpliciter opinionem Ioan. quod generalis clauſula non ſit ſufficiens, etiam ſi aliqui caſus enumerentur, ⁊ in hoc reſidebat Cyn. donec vidit Modernos qui ſubdiſtingunt, aut loquimur de caſibus veriſimilibus expreſſis, ⁊ illi veniunt virtute clauſule generalis, aut loquimur de caſibus maioribus, ⁊ diſſimilibus, ⁊ illi non veniunt, ⁊ eſt ratio, quia propter diſſimilitudinem non videtur de his cogitatum. ¶ † Quid ergo ſi
3 in pacto dicitur ita, quod recepit in ſe periculum incendij, ruine, ⁊ cuiuſlibet caſus fortuiti, tam minoris, quam paris, vel maioris: nunquid in iſto caſu ſufficiat iſta generalitas? ⁊ videtur dicendum quod ſic, quia hic non poſſumus recurrere ad coniecturam paritatis: propter verba que exprimunt oppoſitum, nam in incertis ⁊ non certis eſt coniecture locus: vt. ff. de verborum obligationibus. l. continuus. §. cum ita. Quid dicemus
b in hoc arduo puncto? [b] Solutio. diſtingue ſecundum Nicolaum de matarelis. quod aut iſtud pactum apponit creditor propter ſuam indemnitatem conſeruandam circa res ſuas, vel ſibi debitas, aut propter aliud. Primo caſu ſiquidem habetur reſpectus ad contrahentes ſolum modo ad certam cauſam alicuius periculi, ⁊ tunc verba generalia reſtringuntur ad illum caſum: quia de his non eſt cogitatum. argumento. ff. de tranſactionibus. l. cum aquiliana. Si autem generaliter ſine alio reſpectu tacito, vel expreſſo, tunc eſt vera opinio. Martinus. vt. infra titulo. i. l. que fortuitis. in fine, que. l. hunc articulum determinat. ⁊ in. l. ſi. a depoſiti. l. prima. ſupra. de negotijs geſt s. l. negotium. ⁊. ff. de pactis. l. Iuriſgentium. §. Item ſi quis. ⁊. ff. mandati. l. ⁊ Ariſtoni. ⁊ de periculo. ⁊ commodo rei vendite. l. ſi in venditione. ⁊ de iure dotium. l. ſi mancipia que omnes loquuntur circa indemnitatem paciſcentis conſeruandam in rebus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN